1

Ecclesiastici 33. §. 1.

Timenti Dominum non occurrent mala: sed in tentatione Deus illū conſeruabit, & liberabit à malis.

Wer den Herren fürchtet [illegible] Herrn. Wer Gott fürchtet, dem widerfähret kein Leid. Sondern wenn er angefochten ist, wird er wieder erlöset werden.

Rectorem te poſuerunt? noli extolli: esto in illis quasi unus ex ipſis. §. 2. Curam illorum habe, & ſic conſidera, & omni cura tua explicita recumbe: §. 3. Ut læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris congregationis. Ecclesiastici. 32.

Gen. 8. §. 21. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.
Gen. 6. §. 5. Cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore.

Ibid. §. 6. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem; & importunè noli extolli in ſapientia tua.
Ibid. §. 9. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia.

Ibid. §. 20. **Qui timent Dominum, inuenient iudicium iuſtum, & iuſtitias quaſi lumen accendent.**

Wer den Herrn fürchtet / Der trifft die rechte Lehre / Und macht die Gerechtigkeit leuchten / wie ein Liecht.

Ibid. §. 24. Fili, ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.

Thue nichts ohne Rat / So gereuet dichs nicht nach der That.

Deut. 1. §. 17. Nulla erit diſtantia perſonarum; ita paruum audietis ut magnum: nec accipietis cuiusque perſonam. Quia Dei iudicium eſt.
24. §. 17. Non peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentum.
1. Reg. 8. §. 3. Non ambulauerunt filii ~~eius~~ illius [ſcil. Samuelis] in viis eius: ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

Bibliothek der Oberlausitzischen Gesellschaft d. W. Görlitz

Eccli. 41. §. 15. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi; quam mille theſauri pretioſi & magni.
§. 16. Bonæ vitæ numerus dierum: Bonum autem nomen permanebit in æuum.

Esa. 1. §. 16. Lauamini,
mundi eſtote,
auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis:
quieſcite agere peruerſè,
§. 17. diſcite benefacere:
quærite iudicium,
ſubuenite oppreſſo,
iudicate pupillo,
defendite viduam.

§. 23. Principes tui infideles,
ſocii furum,
omnes diligunt munera,
ſequuntur retributiones.
§. 24. Pupillo non iudicant,
& cauſa viduæ non ingreditur ad illos.

§. 25. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël:
Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis,
Et vindicabor de inimicis meis.

L. III. 474.